

C O R P U S  
SCRIPTORUM HISTORIAE

B Y Z A N T I N A E.

EDITIO EMENDATOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

I N S T I T U T A ,

A U C T O R I T A T E

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE  
BORUSSICAE

CONTINUATA.

---

M I C H A E L A T T A L I O T A .

---

BONNAE

I M P E N S I S E D. W E B E R I

M D C C C L I I I .



MICHAELIS ATTALIOTÆ

HISTORIA.

---

OPUS

A WLADIMIRO BRUNETO DE PRESLE,  
INSTITUTI GALLICI SOCIO,

INVENTUM DESCRIPTUM CORRECTUM

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.


---

---

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCLIII.



# **WLADIMIRI BRUNETI DE PRESLE**

## **PRAEFATIO.**

---

Duodevinti iam elapsi sunt anni ex quo, ad novam Cedreni editionem adornandam hortatu dilectissimi magistri C. B. Hasii-V. Cl. codicem graecum bibliothecae Imperatoriae Parisiensis insipienti mihi, ecce ineditus nec contemnendus sese obtulit scriptor, cuius ope res gestae undecimi seculi et litterarum historia novam lucem accipere mihi videbantur. Is codex optimae notae, membranaceus, seculi duodecimi, olim bibliothecae Coislinianae, nunc Imperatoriae, No. 136 inter Sangermanenses, prima fronte exhibit historiam Ioannis Scylitzae europalatae, cuius lectionum varietatem tunc misi ad clarissimum virum Imm. Bekkerum editorem historiae Cedreni ac Scylitzae, quae duobus voluminibus prodiit Bonnae a. 1838. Sequitur fol. 167 verso eadem manu exaratum aliud opus inscriptum sic:

Ιστορία ἐκτεθεῖσα παρὰ Μιχαὴλ αἰδεσιμωτάτου κριτοῦ ἐπὶ τοῦ ἵπποδρόμου καὶ τοῦ βήλου τοῦ Ἀτταλειάτου. Praefixa est epistola dedicatoria ad imperatorem Nicephorum Botaniatem. Res quarum ipse testis extitit, brevi quodam orationis genere ac simplici narrare se profitetur<sup>1)</sup> περὶ ὧν οὐκ ἀκοῇ καὶ μνῆσις ἐτέρων παρέλαβον ἀλλ' ὧν αὐτόπτης καὶ θεατὴς ἐχρημάτισα. Exorditur a Michaeli Paphlagone, qui anno Christi 1034 imperator factus est. Inde quinque sequentium Augustorum vitas breviter persequitur; cum autem ad Romani Diogenis et Michaelis Ducae tempora pervenit, quorum sub imperio variis functus est magistratibus, iam aulae mutabiles status, bellicasque expeditiones quibus intersuit, fusius narrare coepit. Nicephoro denique Botaniate omnia quae per biennium gesta sunt summis cumulat laudibus, caetera δεῖnceps se relaturum promittens<sup>2)</sup>. Botaniates vero post aliquot menses ab Alexio Comneno palatio expulsus in monasterium recessit: unde coniicere possis in tam subita rerum mutatione, nosterum, si modo patroni ruinae superfuit cliens, ne prioris domini laudes crimini sibi verterentur, nihil magis optasse quam ut in oblivionem veniret. Quod ei diu et forsitan ultra spem contingisse videtur. Nullam enim eius apud scriptores qui eadem aetate floruerunt, mentionem invenio. Constant tamen illa de nostri libris ac vita, partim ex eius de se ipso testimoniis. Fuit Michael Attaliates

1) fol. 168 recto.

2) fol. 239 verso.

(seu Attaliota) iudex et Anthypatus (vix enim proconsulem audeo dicere<sup>1)</sup>) inter iurisconsultos sequoris aevi non ignobilis. Idem anno 1072 Michaelis Ducae imperatoris iussu scripsit Synopsis legum in Monumentis iuris graecoromani a Leunclavio editam<sup>2)</sup>. Nec latuit omnino doctos homines eiusdem historia, de qua nunc agimus. Possevinus enim in appendice ad apparatum sacrum p. 133 eam indicat sub falso nomine Michaelis Kaliotae. accuratius Philippus Labbe in delineatione apparatus historiae byzantinae<sup>3)</sup> haec habet: „Michaelis Attaliotae chronicon sive historiam a Michaele Balbo usque ad Michaelem Ducam Parapinacium audio delitescere in Scoriacensi Laurentina bibliotheca.“

Eadem repetunt Vossius<sup>4)</sup>, Morerius<sup>5)</sup>, Saxius<sup>6)</sup>, Fabricius in bibliotheca graeca<sup>7)</sup>, Harlesius<sup>8)</sup>, testem

1) Cursus honorum Michaelis Attaliatae ex ipsis scriptis sic potest constitui:

*Κριτής τοῦ στρατηγέων anno 1068. — (Histor.)*

*πατρίκιος anno 1069 (ibid.)*

*χριτής καὶ αὐθέντας anno tertio Michaelis Ducae. (Synopsis) μάγιστρος, βεσιτης, χριτής ἐπὶ τοῦ ἐπλοθρόμου καὶ τοῦ βῆλου a. 1080. (tit. historiae.)*

2) Francofurti 1596 — Conf. Fabric. bibl. graec. t. XI p. 193 ed. Harless — Zachariae, historiae iuris graecoromani delineatio p. 71 — Mortreuil histoire du droit byzantin t. 3 p. 218.

3) De Byzantinae historiae scriptoribus publicam in lucem emitendis Προτρεπτικόν. Parisiis 1648. p. 46.

4) De histor. graec. l. IV p. 499 ed. Lugd. Bat. 1650.

5) Le grand dictionnaire historique. Paris 1732 sub v. Attaliates.

6) Onomasticon t. 2-p. 190.

7) t. VI p. 667 — (t. VIII p. 79 ed. Harless.)

8) t. XI p. 194.

adducens Pluerum<sup>1)</sup>), denique Haenelus V. Cl.<sup>2)</sup>). Nemo tamen, quod sciam, mentionem fecit codicis bibliothecae Parisiensis, ad quam tamen doctis hominibus et indigenis et peregrinis facillimus semper fuit aditus. Neque Montefalconii catalogus bibliothecae Coislinianaæ, quo continentur Codicis 136 accurata descriptio,<sup>3)</sup> ullius ut videtur salivam movit. Nusquam enim ullum locum huius historiae laudatum reperi, neque in glossario mediae et infimae graecitatis Cangiano, neque in ipsius Montefalconii palaeographia graeca. Quapropter simul atque inveni opus adhuc paene incognitum, nihil antiquius duxi quam ut accuratam codicis Escoriacensis acquirerem notitiam. Etenim is codex a Michaele Balbo, si fides Labbeo ac Fabricio adhibenda, hoc est ab anno 820 initium sumpsisse dieebatur, noster contra a Michaele Paphlagone, anno tantum 1034 incipit. Sed frustra flagitavi ut haec mea de re illa dubitatio significatione aliqua tolleretur. anno tandem 1842 Eduardus Laboulaye académiae inscriptionum socius, Hispaniam peragrans, qua fuit semper in me benevolentia, rogatu meo Scoriacensem bibliothecam adiit, codicem invenit, inspexit, misitque mihi descriptionem, quam omni parte comprobavit accuratus eius-

1) in Itinerario per Hispaniam, Lipsiae 1777. p. 182.

2) Catalogi librorum MSS. Lipsiae 1830. qui tamen fallitur indicans codicem 18 Plut. I. arm. Σ. quo continentur Michaelis Apostolii varia scripta.

3) Bibliotheca Coisliniana olim Seguierana. Parisiis 1715 p. 106.

dem bibliothecae catalogus, a viro docto Millero nuper editus<sup>1)</sup>.

Is igitur codex, decimi quarti, ut videtur, seculi, olim bibliothecae Matthaei Danduli, initio ac fine mutilus, fert in fronte sed manu recentiori lemma illud: Μιχαὴλ Ἀτταλειάτου χρονικὸν ἀκέφαλον καὶ ἀτέλεστον, ἀπὸ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Τραυλοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Δουκός.

Unde omnes fere in errorem inducti sunt. Docetus tamen quidam anonymous margini adscripsit annotationem illam: „Non te decipient inscriptiones appositae, sed confer codicem hunc cum Georgii Cedreni annalibus graecolatinis impressis Basileae a pag. 414 linea ultima illius editionis, et videbis in primis hic haberi ultimam partem historiae illius, scilicet a medio imperio Michaelis Balbi usque ad finem, quem finem videre est fol. 267 pagina secunda huius codicis. Sed ea pag. secunda huius fol. 267 sequitur Michaelis Attaliotae ad imperatorem Botaniatem pro historia perfecta quam scripsit epistola dedicatoria, et fol. 269 historia imperfecta utrinque est,<sup>2)</sup> scilicet ab ultimo imperio Michaelis Paphlagonis usque ad Michaelem Ducam, cui successit Nicephorus Botaniates, quo tempore floruisse probatur hic scriptor qui sic lacerus ad nos pervenit.“ Initium historiae Attaliatae et cuiusque paragraphi prima

1) Catalogue des MSS. grecs de la bibliothèque de l'Escorial par E. Miller. Paris 1848 p. 136.

2) Initio unicum folium deesse videtur a verbis τὸ τῆς ἴστορίας . . . ad verba Μιχαὴλ Δουκὸς τοῦ Δοχειανοῦ fol. 168 codicis Cossiniani.

verba, quae in usum meum contulit vir cl. et ornatissimus eruditione Laboulaye, conspirant cum codice Parisino, nisi quod in Escoriacensi deest folium unum initio et abrumpitur sermo post verba *οι πολέμοι τῆς στρατοπεδίας ἀπόσχονται*, quae leguntur in cod. Coisliniano fol. 211 verso, tertia parte libri et amplius amissa.

Solus igitur, quod sciam, Coislinianus codex integrum nobis servavit Michaelis Attaliatae historiam. Neque illa quidem diutius in bibliothecarum latibris delitescere debuit, quum multa alia scripta minoris momenti typis expressa sint. Fatendum tamen non apparere omnia in ea nova et inaudita. Multae enim verborum comprehensiones, interdum etiam integrae paginae, paucis mutatis leguntur inter additamenta quae sub nomine Ioannis Scylitzae ad calcem Cedreni edita sunt. Unde fit ut quaestio satis implicata, quisnam sit huius historiae legitimus auctor, novam disceptationem requirat. Cedrenum enim alii, alii Scylitzem furti accusaverunt: nunc tertius in iudicium supervenit Attaliates. Iam vir doctissimus Hasius, inspectis variis Scylitzae codicibus, statuit<sup>1)</sup> Scylitzem primum composuisse Synopsis historiarum a Nicephoro ἀπὸ Τευχῶν Augusto ad Isaaci Comneni imperium anno 1057, quam fere integrum Cedrenus transtulit in compendium suum historicum. Postea vero idem Scylitzes, ab Alexio Comneno europalatae munere auctus, historiam suam

---

1) In Comment. de Ioanne Lydo p. 33 in libro Ioan. Laur. Lydi de Magistratibus, Parisiis 1812.

deduxit ad annum 1081. Inque hac altera editione multos locos historiae Michaelis Attaliatae transcripsit ad verbum, tacito auctoris nomine, resectisque omnibus iis quae ad laudem Nicephori Botaniatae dicta fuerant.

Eiusmodi fraudem apud auctores medii aevi, immo in omni memoria, non ita raram, mire adiuvit continuata deinceps domus regnatrix Comnenorum. Quis enim tunc inquirebat de Nicephoro Botaniata vel de bucinatore laudum eius? praesertim quum Scylitzes, Bryennius, Anna Comnena eadem narraverint ad maximam Comnenorum gloriam. Nobis tamen, qui testes in utramque partem audire cupimus, satius videtur fontes ipsos quantum licet adire, ferventes interdum vel nonnumquam turbidos, quibus tamen plus saporis inest quam stagnibus aquis aut varia corrivatione permixtis: qualia fere nobis praebent Cedreni Zonarae aliorumque id genus chronographorum Synopses vel Synagogae.

Talia monente Hasio, rerum ad historiam et litteras pertinentium summo arbitro, magistro ac fautore meo, facile inducta est illustris Academia regia Berolinensis ut Michaelis Attaliatae historiam in Byzantinorum Scriptorum corpus reciperet, in quo iam ante ducentos annos locum ei assignaverat Philippus Labbeus.

Codice igitur quam accuratissime descripto, apographum meum, denuo cum membranis collatum, anno 1844 Bonnae in manus bibliopolae tradidi, quod nunc demum publici iuris fit cum latina

**XII WVLADIMIRI BRUNETI DE PRESLE PRAEFATIO.**

translatione v. cl. Nathanis Rosenstein Gedani. Typographorum plagulas absenti mihi inspicere non licuit: sed recognitionem suscepit vir summus qui iam diu in emendandis priscorum voluminibus felicissimam operam posuit, Immanuel Bekkerus. Cuius illustre nomen titulo affixum opellam meam lectoribus abunde commendabit.

**Scrib. Parisiis, XV Cal. Iun. a. 1853.**

---

***MIXAHΛ ΤΟΥ ΑΤΤΑΛΕΙΑΤΟΥ***  
***IΣΤΟΡΙΑ.***



**ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ ΕΚΦΩΝΗΘΕΙΣ  
ΠΑΡΑ ΜΙΧΑΗΛ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ ΒΕΣΤΟΥ ΚΑΙ  
ΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΑΤΤΑΛΕΙΑΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ  
ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΟΝ ΒΟΤΑΝΕΙΑΤΗΝ.**

5 Σὺ μέν, ὃ θειότατε βασιλεῦ, πᾶσαν παιδείαν ἐν τε στρα-  
τιωτικοῖς ὅπλοις καὶ μάχαις καὶ στρατηγίαις παντοδαπαῖς  
καὶ ἀνδραγαθίαις καὶ πρὸ τῆς βασιλείας ἔξησκηκώς, καὶ φιλ-  
άνθρωπος πᾶσι καὶ γαληνὸς καὶ παντὸς τύφου φαινόμενος  
ὑψηλότερος, ποθεινότατος ἐλογίζον καὶ τῆς πρώτης καὶ βα-  
10 σιλικῆς ἀξίας ἐπάξιος· βασιλεύσας δὲ ψήφῳ θεοῦ καὶ ἵκε-  
σίᾳ πάντων ὅμοι καὶ συνθήκῃ τῶν τὰ σὰ γινωσκόντων ὑπερ-  
ψυῆ προτερήματα, τὸν πλοῦτον τῆς σῆς ἀγαθότητος ἔτι μᾶλ-  
λον τοῖς πᾶσιν δεέχεας ἀφθόνωτατα, ὅσῳ καὶ τῇ τιμὴν ὑπερ-

**SERMO ALLOCUTIONIS CAUSA DICTUS A MICHAELE  
MAGISTRO VESTIARIO ET IUDICE ATTALIOTA  
AD IMPERATOREM BOTANIATEM.**

Tu quidem, imperator divinissime, qui omnem disciplinam et in mi-  
litaribus armis et proeliis et imperiis multis et virtutibus etiam an-  
tequam rex factus es exercuisti, atque humanus omnibus et placidus  
et omni arrogantia maior visus es, desideratissimus iudicabaris et prima  
atque regia dignitate dignus; cum autem regnare auctoritate dei et  
precibus omnium simul et assensu eorum, qui tuas noverant immensas  
virtutes, divitias tuae clementiae etiam magis omnibus effudisti plenis-  
sime, quo etiam honore superiore et omnibus celsiore accinctus es

τέραν περιεζώσω καὶ πάντων ἔξοχωτέραν τῇ τοῦ κράτους ὑπεροχῇ. ποικίλαις γὰρ καὶ παντοίαις τιμαῖς καὶ δώροις καὶ ἀφθόνοις χαρίσμασι, καὶ ὅσοις οὐδὲ πάντες οἱ πρὸ συν βασιλεύσαντες τοὺς ἐν τοῖς χρόνοις αὐτῶν ἀνθρώπους ἡμείψαντο, κατελάμπρυνας τὸ ὑπήκοον, καὶ γέγονας τῷ ὅντι τῶν πρὸ συν βασιλέων βασιλικώτερος, ὃς καὶ τοσούτους πολεμίους καὶ τυράννους καθυποτάξας καὶ βίον ἐκ παίδων ἔχων τῶν ἀνδραγαθημάτων τὸ μέγεθος ὅθεν καὶ ἀγώνων ὑπόθεσις μεγίστη γέγονας τοῖς περὶ λόγους ἐσπουδακόσιν εἰς τὸ συγγράψειν τῶν αὐτῶν κατορθωμάτων τὸ περιουσίον. ἐπεὶ δὲ ὥσπερ τις ὀλυμπιονί<sup>10</sup> κης σεαυτῷ τὰ πάντα καθυπέταξας ἀκριβῶς, καὶ οὐδὲν ἀφῆκας τῶν ἐπαινουμένων δικόσμῳ ἀκατόρθωτον τε καὶ ἀνυπότακτον, εἴται καὶ πρὸς τὴν ἐν τοῖς λόγοις καὶ πόνοις δύψηλοτάτοις σπουδὴν δλον ἔτρεψας σεαυτόν, ἡμέρας μὲν τοῖς ἄθλοις καὶ τοῖς τῷ πραγμάτων ὄχλοις πονῶν καὶ κάλλος ἀμήχανον<sup>15</sup> ἔντελον ἔξυφαινων εἰς ἐνὸς κόσμου, ἢ τὸ γε ἀληθέστερον εἰπεῖν ὑπεροκοσμίον δόξης συμπλήρωσιν, ἀλουργίδα τε καὶ στέφανον οὐκ ἀποχρεῶντα τῆς βασιλείας ἡγήσω παράσημα, στέφανον δὲ χαρίτων καὶ ἀλουργίδα ἔνοπρεπῆ δι' εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας καὶ ἀρετῆς διὰ παντὸς ἐπιδείκνυσαι, καὶ τῷ<sup>20</sup> στέψαντι σε θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι ὅμοιος περισπουδαστον ἔργον πεποίησαι, ὃς καὶ τῇ ἀναγνώσσῃ καὶ ἀσκήσει τῶν λόγων δικάζειν ἀρρεπῶς καὶ νομίμως καὶ πρά-

## 3. δους C.      23. δικάζει C.

potentiae praestantia. variis enim et multis honoribus et muneribus et plenis donis, et quanta ne omnes quidem qui ante te regnarent aequalibus reddiderunt, beasti subiectos, et factus es revera iis qui ante te regnabant regalior, ut etiam tantos hostes et tyrannos subiiceris et vitam ex liberis capias, nimirum fortium factorum magnitudinem. quare etiam certaminum argumentum maximum factus es orationum studiosis in conscribenda tuorum factorum copia. postquam autem tanquam victor olympicus tibi omnia subegisti aperi, neque quidquam eorum, quae in mundo celebrantur, infectum neque non subiectum; deinde etiam orationum et meditationum altissimarum studio totum te efformasti, tempus certaminibus et factorum copia exercens, et pulchritudinem immensam tibi ipsi contexens in unius mundi sive, ut verius dicam, supramundanae gloriae perfectionem; purpuram et coronam non sufficere imperii putasti signum, sed coronam gratiae et purpuram inusitatam pietate et humanitate et virtute omnino ostendis; atque deo, qui te coronavit, quantum homini licet, similem fieri, opus tibi proposuisti optatissimum, ut etiam lectione et exercitatione orationum iudicas stabili et iusto modo, et facere quae oportet et

τειν ᾧ χρὴ καὶ πᾶσιν ὑποδεικνύειν ἀψευδὲς σύμβολον τὰ τῶν  
νυκτεριγῶν σου λόγων σπουδάσματα, καὶ ὡς τὰς βίβλους ἀλη-  
θῶς περιέπεις καὶ τούτων ἐπιμελῶς ἀκροᾶ, μεῖζονα λοιπὸν  
ἡμῖν τὸν ἀγῶνα καὶ ἀκμαιότερον τέθεικας, ὥστε προφέρειν  
5 τι τῶν σῶν τουτωνὶ λογικῶν σπουδασμάτων ἐπάξιον. διὰ δὴ  
ταῦτα καὶ τινα δόλτον συντάξας ἐκ τῶν προσεχῶς τοῖς ἡμετέ-  
ροις χρόνοις γεγενημένων πρᾶξεων ἐν τε πολέμοις καὶ μάχαις  
καὶ νίκαις καὶ ἥτταις καὶ πολεμικοῖς κατορθώμασιν ἢ ἀτυχή-  
μασι, προσθείς δὲ καὶ τὰς αἰτίας κατὰ τὸ δυνατὸν τῶν οὐτε  
10 τετελεσμένων, εἴτα παρατείνας τὸν λόγον ἢ καὶ ἔξαρτύσας ὡς  
ἐνηδύσμασί τιοι τοῖς παρεμπίπτουσιν ἀρροστοῖς σημείοις,  
· ἀρετάς τε καὶ κακίας τῶν ἀρξάντων καὶ ἡγεμονικῶς ὑπαρ-  
ξάντων ἀναταξάμενος, συνεπιπλέξας δὲ καὶ φυσικάς τινας τε-  
χνολογίας καὶ ζώων ἰδέας ἀναφυνείσας τοῖς τότε καιροῖς, καὶ  
15 ἄπλως ποικίλην τινὰ βίβλον ὕσπερ λειμῶνα τοῖς ἀνθεσι βρύ- f. 168 r.  
ουσαν ἀποτεφρατίσας ἐπὶ ἔξηγήσει τούτων ἀπάντων (καὶ γὰρ  
εἰ καὶ περὶ τῶν ἡμῖν ἀγνωσμένων φθέγγεται, ἀλλ' ἡ τῶν  
καινοπρέπων χύσις οὐ βούλεται ταῦτα σιγῇ παρελθεῖν καὶ εἰς  
λήθην τούτων τοὺς ἀνθρώπους ἀλθεῖν), ταύτην ὕσπερ τι καλ-  
20 λιέρημα καὶ δεξιώμα δουλικὸν τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ καὶ φιλο-  
χρίστῳ σπουδῇ ἀναφέρω καὶ ἀνατίθημι, ὡς ἦν τῇ ταύ-  
της κρίσει καὶ μεγαλοφυεῖ διαγνώσει διατεθῆ τὰ καλῶς

## 1. σύμβολον C.

## 20. margo ἀνθημα.

omnibus significare sincere ut signum nocturnarum tuarum orationum  
lucubrations, atque quomodo literas vere colas hasque diligenter le-  
gas, maius iam nobis certamen et vividius reddidisti, ut proferamus  
quod tuis hisce oratoriis lucubrationibus dignum sit. propterea igi-  
tur etiam cum librum quandam conscripserim rerum proxime nostris  
temporibus gestarum in bellis et proeliis et victoriis et cladibus et  
belli felicibus et infelicibus factis, et addiderim etiam caussas, quoad  
potui, eorum, quae ita gesta sunt, deinde extenderim librum sive po-  
tius condierim tanquam condimentis quibusdam fortuitis neque antea  
animadversis signis, atque virtutes et vicia eorum, qui regnarunt et  
qui imperatoris modo praesides fuerunt, repetierim, sed adiecerim  
etiam naturales quasdam quaestiones et animalium formas, quales ap-  
paruerint illis temporibus, atque uno verbo varium quandam librum,  
tanquam pratum floribus abundans finiverim ad enarranda haec omnia,  
(etenim etsi de iis, quae a nobis spectata sunt, dicetur, tamen novis-  
simarum rerum copia non sinit haec silentio praeteriri et in oblivio-  
nem harum homines incidere), hunc igitur librum tanquam sacram  
faustum et donum acceptum servi tui humanitati tuae et studio Chri-  
stianis amicissimo offero et depono ut huius iudicio et distinctione

δέχεντα, καὶ εἰ μὴ τι ἄλλο, τόγε πρόθυμον τῆς ἐμῆς δουλώσεως τε καὶ πίστεως εὐπρόσδεκτον λογισθῆ θυμίαμα τῇ σῇ βασιλικωτάτῃ καὶ φιλανθρώπῳ μεγαλειότητι, μετρεῖν εἰδυίᾳ μὴ τῇ αξίᾳ τοῦ διδομένου ἀλλὰ τῇ διαθέσει καὶ πίστει τοῦ διδόντος τὸ ἀνταπόδομα. 5

magnanima discernantur quae bene se habeant, atque si nihil aliud, certe voluntas meae obedientiae et fidei acceptum habeatur thuris sacram a tua regalissima et humana magnanimitate, quae metiri scit non ex pretio rei traditae sed ex animo et fide tradentis gratiam.

---

---

**ΙΣΤΟΡΙΑ ΕΚΤΕΘΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΜΙΧΑΗΛΑ,  
ΑΙΛΕΣΙΜΩΤΑΤΟΥ ΚΡΙΤΟΤ ΕΠΙ ΤΟΥ  
ΙΠΠΟΔΡΟΜΟΤ ΚΑΙ ΤΟΥ ΒΗΛΟΤ, ΤΟΥ  
ΑΤΤΑΛΕΙΑΤΟΥ.**

---

5 Τὸ τῆς ἴστορίας χρῆμα πολλοῖς τῶν πάλαι σοφῶν σπουδασθὲν οὐ παρέργως, χρήσιμον ἐς τὰ μάλιστα κατεφάνη τῷ βίῳ, τοὺς τῶν ἀρίστων καὶ μὴ τοιούτων βίους ἀνακαλύπτον, καὶ πρᾶξεις ἐπιφανεῖς ὃς ἀνεπιλήπτους βουλῆς καὶ σπουδῆς διαγράφον, καὶ ἀδόξιας αὖ πάλιν ἐκ δυσβονιλίας ἢ ὀλιγωρίας 10 τῶν προεστώτων τοῖς πράγμασιν, ἔξαιρέτως δὲ τῶν ἀρχικῆν μετιόντων αὗταν, ὅπως ἄλλοι μὲν ἐξ ἀπιμελοῦς στρατηγίας προφανεῖς κινδύνους κατηγεωνίσαντο, καὶ ὅπως ἐπερθεί, τῆς νίκης ἡδη προσμειδιᾶν ἐπειγομένης αὐτοῖς, διέφθειράν τὰς ἐπὶ τῷ κρεεττον ἐλπίδας, μὴ συνετῶς χρησάμενοι τοῖς ἐμπείποντοι. 15 ταῦτα τοίνυν διὰ τῆς ἴστορίας ἀπογυμνούμενα, πολλήν, ὡς

13. προμειδιᾶν C.

**HISTORIA EXPOSITA A MICHAELI ATTALIOTA  
IUDICE PRAEPOSITO HIPPODROMO ET CURIAE.**

---

**H**istoria a multis doctorum hominum, qui antea fuerunt, tractata non sine studio, utilis in plurimis apparuit vitae, cum optimorum eorumque qui non essent optimi, vitas detegere et res illustres animo et studio praeiudicatarum opinionum expertibus describeret; et res inglorias rursus ex stultitia et negligentia eorum, qui rebus praesunt, maxime eorum, qui imperatoriam assequuntur dignitatem, quomodo alii diligent imperio provisa péricula superarint, et quomodo alli, cum

ἔφαμεν, εἰσενηνοχότα τὴν χρησιμότητα, διδασκαλία σαφῆς χρηματίζοντα καὶ ὁνθμὸς τῶν μετέπειτα, πρὸς μίμησιν ἀτε-  
χνῶς ἔλκοντα τῶν εὐδιακεριμένων καὶ ἀποτροπῆγ τῶν ἀσυμ-  
βούλως καὶ ὑσκλεῶς πεπραγμένων ἐν πολέμοις καὶ μάχαις  
καὶ λοιποῖς ἀναγκαιοτάτοις ἐπιχειρήμασι καὶ προβλήμασι. Διό 5  
δὲ, ἔδοξε κάμοι, καίτοι μυρίαις ἀσχολίαις ἀλύοντι περὶ τὸ  
στρατόπεδον καὶ δικαστικοῖς διαλόγοις ἀεὶ περιδονούμενῳ καὶ  
δσαι ὡραι τοῖς ἐξ αὐτῶν συγγράμμασι κάμυνοντι, προσθήκην  
ἐμποιῆσαι τοῖς πόνοις καὶ μικρὰ ἄττα διαλαμβεῖν βραχεῖ τινι  
ἔγματι καὶ ἀπλοῦκῷ, καθὰ προσήκει τοῖς ἴστοριας συγγρά- 10  
φουσιν, ὅτι μὴ ἀγωνιστικὸς ὁ λόγος καὶ διὰ τοῦτο μεθόδου  
προσδεόμενος τεχνικῆς, ἀλλ' ἴστορικὸς καὶ διπλόης ἀπάσης  
καὶ ἀκαιρολογίας ἀνώτερος, περὶ ὧν οὐκ ἀκοῇ καὶ μύθοις  
ἐτέθρων παρέλαβον, ἀλλ' ὧν αὐτὸς αὐτόπτης καὶ θεατὴς ἐχρη-  
μάτισα, ἵνα μὴ λήθῃς βυθοῖς διὰ τῆς τοῦ χρόνου παραρροῆς 15  
τὰ λόγου καὶ ἄξια συγχωσθεῖν, ἀλλὰ τὴν μνήμην ἀθάνατον  
ἔχωσιν.

a. 1034      "Ἄρτι τὰ Ἀρμαίων σκῆπτρα διέποντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς  
11. April λήξεως βασιλέως Μιχαὴλ, φ πατρὶς ἡ τῶν Παφλαγόνων ἐγ-  
νωριζετο ἐπαρχία, κατεπολεμήθη τὸ τῶν Ἀγαρηνῶν φύλον 20  
πρὸς ἐσπέραν ἐν Σικελίᾳ ναυτικαῖς τε καὶ πεζικαῖς Ἀρμαίων

3. Ἐλκον C.

8. κάμυνοντα C.

14 ἐπαλφων C: correxit

Brunetus.

victoria iam arridere coacta esset iis, deleverint meliores spes, non  
prudenter usi casibus. haec igitur per historiam detecta, cum mul-  
tam, ut diximus, attulerint utilitatem, institutio sapientiae est ei qui  
rebus summis praeest, et moderatio posteris, imitationem necessario  
excitans bene diiudicato rum et aversionem eorum, quae imprudenter  
et sine gloria gesta sunt in bellis et proeliis et ceteris maxime neces-  
sariis inceptis et difficultatibus. propterea igitur visum est mihi quoque,  
licet innumerabilibus negotiis turbato rei militaris et iudicariis contro-  
versiis excitato et multum tempus scripta talium rerum laboranti, acces-  
sionem facere laboribus et pauca quedam comprehendere brevi quo-  
dam orationis genere et simplici (uti decet historiarum scriptores nisi  
oratio sit e genere disputationum et propterea methodi appetens arti-  
ficiosa, sed historica et abundantia omni et loquacitate superior),  
de iis, quae non fando aut sermonibus aliorum acceperim, sed quibus  
ipse testis et spectator interfuerim, ne oblivionis voraginibus fluctu-  
bus temporis quae narratione etiam digna sint, confundantur, sed me-  
moriā immortalem nanciscantur.

Nuper imperium Graecorum gerente rege pia morte defuncto Mi-  
chaele, cui patria Paphlagonum provincia nobilitabatur, bellum intulit

δυνάμεσι· καὶ εἰ μὴ διαβληθεὶς περὶ τυραννίδος ὁ τὴν στρατηγίαν τῶν ὄλων ἐμπιστευθεὶς Γεώργιος ἔκεινος ὁ Μανιάκης ἐκ μέσου γέγονε, καὶ ἄλλοις ἀνετέθη τὰ τοῦ πολέμου, κανὸν Ῥωμαίοις ἐτέλει υνγὶ νῆσος οὗτοι μεγάλη καὶ περιβόλης f. 168 v. 5 καὶ πόλεσι περιεζωσμένη μεγίσταις καὶ τῶν ἄλλων χρηστῶν οὐδενὸς ἀποδέουσα. γῦν δὲ ὁ φθόνος καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὰς πρᾶξεις καὶ τοσοῦτον κατειργάσατο ἔργον· αἰσχρῶς γὰρ καὶ ἀγεννῶς βουλευσαμένων τῶν ὑστερον στρατηγῶν σὺν αὐτῇ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ στρατεύματος ἀπολώλει Ῥωμαίοις. οὐ 10 μὴν δὲ ἄλλὰ καὶ οὐ ποτε σύμμαχοι καὶ τῆς ἰσοπολιτείας ἡμῖν συμμετέχοντες, ὡς καὶ αὐτῆς τῆς θρησκείας, Ἀλβανοὶ καὶ Λατῖνοι ὅσοι μετὰ τὴν ἑσπερίαν Ῥώμην τοῖς Ἰταλικοῖς πλησιάζοντι μέρεσι, πολέμῳ παραλογώτατοι ἐχρημάτισαν ἐμπεπαρφνηκότος εἰς τὸν ἄρχοντα τούτων τοῦ τότε τὴν στρατηγίαν ἰθύνοντος Μιχαὴλ δουκὸς τοῦ Δοκειανοῦ.

Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλις· Μυσοὶ δέ, οἵ εἰδικὴ προσηγορία τὸ τῶν Βουλγάρων καθέστηκεν ὄνομα, τηγικαῦτα τοὺς τῆς δουλώσεως ἀποτύσαντες χαλινοὺς εἰς ἀποστασίαν προκεχωρήκεσσαν, καὶ τὸν βασιλέα περὶ τὰ ἐν Θεσσαλονίκῃ 20 διατρίβοντα ὅρια, καὶ μόνους τοὺς ἐν τῇ αὐλῇ σωματοφύλακας ἔχοντα ὡς διὰ φιλίας παροδεύοντα γῆς, ἵταν τὰς συνεδίδεσσαν· ἔξαρτύσας δ' οὗτος ἄμα τῷ εἰς τὴν βασιλεύοντα εἰσι-

Agarenorum natio occidentem versus in Sicilia navalibus et terrestribus Graecorum viribus, atque nisi accusatus dominationis capessendae, cuius fidei imperium universum datum erat Georgius ille Maniates e medio sublatus esset, et aliis impositae essent res bellicae, fortasse Graecis nunc esset subiecta insula tam magna atque celebris et urbibus cincta maximis neque ceterorum bonorum ullo carens. nunc autem invidia et virum et facta et tantum delevit opus. cum enim turpiter humiliterque consilia caperent posteri imperatores, cum ipsa insula etiam maxima pars exercitus evanuit Graecis. verum enim vero etiam priores socii aequales nobis civitatis participes ut etiam eiusdem deorum cultus, Albani et Latini, quicunque post occidentalem Romanam Italicis regionibus adhaerent, hostes maxime inexspectati extiterunt, postquam per ebrietatem elusit ducem eorum, qui tum imperium gessit Michael ducas Doceianus.

Sed de his quidem satis dictum. Mysi autem, quibus propria appellatione Bulgarorum nomen impositum est, tunc abieictis servitutis frenis in defectionem processerant et regem in montibus Thessalonices versantem solosque aulicos corporis stipatores habentem, quippe qui per amicam iter faceret terram, audacter aggressi sunt; hic autem instruens simulacrum regiam intravit quae ad bellum essent opus fortiter

ναι τὰ περὶ τὸν πόλεμον εὐθαρσῶς, καὶ τῆς ἐνοχλεύσης  
αἰσθενείας ἐπιλαθόμενος (καὶ γὰρ ἦν τοῖς ἐπιληπτικοῖς, ὡς  
δέ τινες μελαγχολικοῖς κάτοχος), θάττον ἔξ απασῶν τῶν  
ἐπιφρονιῶν συνεστήσατο στρατιάν, καὶ μετὰ τῶν δυνάμεων τῇ  
Σαρδικῇ τῇ νῦν λεγομένῃ Τριαδίτῃ καὶ δι' αὐτῆς Ἰλλυρικῷ 5  
προσβαλών κατὰ κράτος τοὺς ἀποστατήσαντας ὑπεροπόρου,  
καὶ τὴν χώραν αὐτῶν πολλὴν καὶ μεγάλην καὶ στενόπορον  
εὖσαν, καὶ χρόνοις πολλοῖς ἀνταγωνιζόμενην τοῖς πρὸ τοῦ  
βασιλεῦσι διὰ τὸ δυνεξίτητον τῶν ἐν αὐτῇ αὐλώνων, ἰσχυρῶς  
πιρεοτήσατο, καὶ ἀθιγῆς ἐκεῖθεν ἀνέξευξε, τὰ ἐν ταύτῃ κατὰ-10  
στησάμενος πράγματα, καὶ τὸν ἐπιφανῆ λαμπρῶς κατηγάγετο  
Θρίαμβον, καὶ ἀγῶνα ἵππικόν τε καὶ πεζικόν ἔορτάσας ὅντω  
δι' ὀλίγου τὸν ἐνταῦθα βίον κατέστρεψε, πολλὰ τῆς ἀρετῆς  
καταλιπὼν εἰκονίσματα, ζῆσας ἐν τῇ βασιλείᾳ χρόνους 5' καὶ  
μῆνας 5.

15

a. 1041 Τῆς δὲ συζύγου τούτου καὶ βασιλίδος Ζωῆς ἐν τοῖς  
κατὰ νότον ἀνακόροις ἐπαγγέλθουσης ἀπὸ τῶν βορειοτέρων  
μερῶν τῆς πόλεως (ἐκεῖσε γὰρ ὁ βασιλεὺς περὶ τὴν τῶν ἄγιων  
ἀναργύρων μονὴν τὸν χοῦν ἐναπέθετο) σύλλογος εἶχε τὴν με-  
γαλόπολιν, καθὰ φιλεῖ ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων ἔγγι-20  
νεοθαι. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ βασιλεὺς ἀνηγροεύθη Μι-  
χαὴλ ὁ τοῦ προσαπελθόντος βασιλέως ἀδελφίδοῦς, τὴν Καίσα-

5. τραλιτῇ C: correxit Brunetus.

μετ' ? 14. καταλειπὼν C.

6. προλαβὼν C.

13.

et aegrae infirmitatis oblitus (etenim erat epilepticis, sive ut quidam  
tradunt melancholicis casibus obnoxius) celeriter ex omnibus provinciis  
constituit exercitum. et cum copiis Sardicum agrum, quem nunc vocant  
Triadicum, et huius ope Illyricum occupans, fortiter eos, qui defe-  
cerant, vicit, et terram eorum multam et magnam et angustam, et  
temporibus multis resistenter prioribus regibus propter invia loca  
vallium suarum, fortiter sibi subiecit et tutus hac re castra movit,  
postquam eius terrae composuit res, et illustrem clare reportavit vi-  
ctoriam: et cum certamen equestre alique pedestre celebrasset, brevi  
vitam hanc terrenam finivit, multis virtutis relictis signis; postquam  
vixit in imperio annos septem et menses septem.

Cum autem uxor eius et regina Zoe in regiam ad meridiem si-  
tam rediisset ex partibus magis ad septentriones versis urbis (ibi enim  
rex ad SS. Anargyrorum monasterium sepultus est) conventus imple-  
vit urbem, sicut solet in mutationibus rerum fieri. non multo tempore  
interiecto rex creatus est Michael regis defuncti nepos Caesaris sor-  
tem ex multis habens annis, deinde regia adoptione factus filius et  
iuribusurandis terribilissimis non atramento, sed sanguine incorrupto

ρος τύχην ἐκ πολλῶν δλκων χρόνων, εἰτα τῇ ἀνακτορίσσῃ θέ-  
σει χρηματίσαις νίος, καὶ ὅρκοις φρικωδεστάτοις, οὐ μέλαιν  
ἀλλ' αἴματι ἀχράντῳ τοῦ θεανθρώπου λόγου καὶ χειρὶ τοῦ  
μειζονος ἐν γεννητοῖς γυναικῶν βαπτιστοῦ ἐνσημασμένοις,  
5 ἀνόθεντον τὴν πρὸς αὐτὴν τάχα βεβαιωσάμενος πίστιν. καὶ  
ἡν ὁ ἀνὴρ ἐπὶ μὲν τῆς προτέρας διαγωγῆς κακιζόμενος καὶ  
τοῖς ἀπαινετῶς πολιτευομένοις μὴ συναπτόμενος, ἐπὶ δὲ τῆς  
βασιλικῆς ἀναβάσεως καὶ λιαν ἔγκωμιαζόμενος τε καὶ σεμνυ-  
νόμενος, οὐα φιλοτίμως ἄρτι πρῶτον ὑπὲρ τοὺς πρὸ αὐτοῦ βε-  
10 βασιλευκότας τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις προσφερόμενος  
ὑπηκόσιος, καὶ τιμαῖς περιβλέπτοις καὶ αξιώμασι πλείστους ὅσους  
καταγεραίρων, καὶ τὴν εὐνομίαν, εἶπερ τις ἄλλος, σκονδάζων  
ἀνεγερθῆναι, καὶ τῶν ἀδικουμένων ἐκδικητῆς ἀναφαινόμενος  
ἀπαραιτήτος, καὶ δικαιοσύνην τῶν ἄλλων ἀπάντων ὑπεραίρων  
15 καὶ προτιμώμενος. ἔξηγαγε γὰρ καὶ τῆς χρονίας, φρουρᾶς  
τὸν τε Κωνσταντίνον ἐκεῖνον τὸν Δαλασσηνόν, ὡς ὑποπτον  
περὶ τῆς βασιλείας ἐν πύργῳ ἀποκλεισθέντα παρὰ τοῦ Θείου f. 169 r.  
αὐτοῦ, καὶ τὸν πατρίκιον ἐκεῖνον Γεώργιον τὸν Μανιάκην,  
δην καὶ τῷ τῶν μαγίστρων τετιμηκὼς αξιώματι καὶ κατεπάνῳ  
20 Ἰσαλίας προεχειρίσατο. τοὺς δὲ συγγενεῖς αὐτοῦ, πολλοὺς μὲν  
καὶ πλούσιους φορτικοὺς δὲ δοκοῦντας τῷ βάρει τῶν πρᾶξεων,  
ἄρδην ἐκ μέσου πεποίηκε, τὸν μὲν ἔξαρχοντα τούτων Ἰωάν-  
νην μοναχὸν καὶ ὅρφανοντρόφον, ὃς τὴν τῶν πραγμάτων εἶχεν

## 12. τι ἄλλο C.

rationis hominis divini, et manu maioris inter genitos a mulieribus  
baptistae signatis sinceram huius adoptionis statim confirmans fidem.  
atque erat homo propter priorem conditionem infamis, neque lauda-  
biliter administratarum rerum particeps erat. in imperii autem initio  
etiam valde laudabatur et celebrabatur, ut generose nuper primum p̄ae  
prioribus regibus senatu et ceteris se offerens subiectis, et honorib-  
us illustribus et dignitatibus quam plurimos ornans, et legitimū statu-  
m si quis alias studens suscitare: et rerum iniustarum ultor visus-  
inexorabilis, et iustitiam p̄ae omnibus aliis efferens et colens. edu-  
xit enim etiam ex longinquō carcere Constantīnum illum Dallassenum,  
qui suspectus regni affectandi in turri inclusus erat ab avunculo eius,  
et patricium illum Georgium Maniacen, quem etiam magistrorum ho-  
noravit dignitate et superioris Italiae praefectum constituit. propin-  
quos autem suos, qui multi quidem et divites erant, violenti tamen  
videbantur atrocitate factorum prorsus e medio sustulit, cum ducem  
horum Ioannem monachum et orborum praesidem, qui rerum ut rex  
obtinebat administrationem, in aeternū eiiceret exilium, ceteros vi-

ως βασιλεὺς διοίκησιν, ἀδίψη ἐλάσας φυγῇ, τὸν δὲ λουποὺς ἀκμῆτας καὶ τὸν Ἰονχὸν ἐπανθοῦντας, οὓς δὲ καὶ προσήβους, ἐκτομίας ἀπεργασάμενος. καὶ τὸ γένος αὐτοῦ τοῦτον τὸν τρόπον καταστρέψας, ἄφονα ζῆλον προσφέρειν τοῖς συνετοῖς ἔδοξεν, ἐψιλωμένον ἐαυτὸν τοσαύτης βοηθείας καὶ συγγενικῆς 5 βοηθείας ἀπεργασάμενος.

Ἄμελει τοι καὶ κατὰ τὴν θείαν καὶ πάνδημον ἑορτὴν τῆς ὑπερφυοῦς ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἥτις πάσχα σωτῆριον τοῖς ὁρθοδόξως δοξάζοντι διωνόμασται, τῆς βασιλικῆς εὐτρεπιζομένης προόδου οἱ τῆς ἀγορᾶς προεξάρχοντες, 10 πέπλα σηρικὰ πολυτελῶς ἔξυφασμένα τῇ γῇ καταστρώσαντες ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀνακτόρων μέχρι τῶν τοῦ σεβασμίου καὶ μεγίστου ναοῦ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου ἀγίας σοφίας πυλῶν, ἐπὶ τούτοις τὸν βασιλέα μετὰ τῆς δορυφορούσης αὐτὸν εὐταξίας διελθεῖν φιλοτίμως παρεσκενάκασι. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ κατὰ 15 τὴν οὐρανού τοῦ θεοῦ ἑορτὴν τῆς προύδου γεγενημένης ἐπεριπετώνυντο ὡδε κάκετος τὰ πολυτελῆ τῶν ὑφασμάτων καὶ τίμια, καὶ κόσμος ἄλλος χρυσῷ καὶ ἀργυρῷ καταστράπτων συνεχῶς ὑπερήφτητο, καὶ πᾶν τὸ τῆς ἀγορᾶς στεφανήφορον 20 καὶ οἶον ἑορτάζον χαρμόσυνά τινα καὶ σωτῆριάδη κατελαμπρύνετο. η δὲ προπομπὴ Θαυμαστὴ τῷ ὅντι καὶ βασιλική, πανταχόθεν εὐφημίας συγχροτουμένη καὶ χάρισι καὶ παιανισμοῖς ἔξαιρομένη τῆς πόλεως, πλὴν ὅσον τὸ τοῦ συνήθους

6. βοηθείας] σπουδῆς? απ' ἀριθμῆς? 11. συρικὰ C. 16.  
τῷ<sup>ν</sup> ἦπον C. 23. τὸ suspectum.

gentes et circum primam barbam florentes, nonnullos etiam maturos faciendo curaret eunuchos, et genus suum hoc modo deleret, insannum studium adhibere prudentibus visus est, qui tanto auxilio et propinquorum opibus se nudaret.

Atamen etiam divino et communī festo admirandae resurrectio-  
nis Christi dei nostri, quod pascha salutiferum ab iis qui vere fidei  
addicti sunt nominatum est, cum regia pararetur pompa, antistites fori  
stragula Serica pretiosa texta humi sternentes inde a regia ipsa usque  
ad portas venerabilis et maximi templi sapientiae sanctae divinae  
rationis in his ut rex cum ordine satellitum eum comitante ingrederetur  
certatim effecerunt. deinde autem, etiam nova die festa cum equis  
pompa fieret circum sternebant hic et illuc pretiosa textilia et aesti-  
mata, et ornatus aliis auro et argento fulgens eminebat: et omnes  
qui in foro sera certa gerebant et festum celebrabant laeti et salutares  
ostentabantur: prosecutio autem admirabilis erat revera et regia, un-  
dique acclamationibus applausa et gratiis et paeanibus elata urbis;

πρωιαιτέρον γενομένης τῆς προελεύσεως ἐκπληξις κατεῖχε τοὺς συνετωτέρους τῶν θεατῶν, συμβάλλοντας ὅπως πρὸ τοῦ κατασκευασθῆναι τὸ θέατρον καὶ πλησθῆναι τὰς ἀγνιὰς κατεσπουδασμένην ὁ βασιλεὺς τὴν πρόοδον ἐναπέδειξε· καὶ οἰωνὸς 5 οὐκ ἄγαθὸς ἐδόκει τὸ ἔξωφον. τέως δὲ τὸν μὲν βασιλέα αὐθίς οὐ ποστρέψαντα ἐκ τοῦ μεγίστου ναοῦ τῶν κορυφαίων ἀποστόλων εἶχε τὸ παλάτιον, μέγια φρονοῦντα τῷ τυχεῖν τοιαύτης ἀποδοχῆς τε καὶ προπομπῆς, τὴν δὲ δέσποιναν πρὸς τὴν ἐσπέραν ἡ Πρόγυπτος (νῆσος δὲ αὗτη τῆς βασιλευούσης οὐ 10 πόρρω) μελαμφοροῦσαν καὶ κεκαρμένην τὰς τρίχας.

Τῇ δ' ἐπαύριον ἦτι τοῖς πολλοῖς ἀγνώστον καθεστῶτος τοῦ πράγματος, φιλοτιμίᾳ περὶ τῶν διηγημάτων τῆς παρελθούσης ἡμέρας ἔγινετο, τοῦ μὲν τάδε τοῦ δὲ τάδε θαυμαστικῶς ἐπιλέγοντος, καὶ ἄλλον προφθάνειν ἐπειγομένον τὸ παρε-  
15 θέαν, καὶ πάντων ἀποσεμνύνειν βουλομένων τὰ κράτιστα. ὡς δὲ κατέπη τὰ τοῦ πάθους τῷ δήμῳ καὶ περιέδραμεν ἡ φῆμη τοὺς περικύκλῳ, εὐθὺς ἦν ἵδεῖν ἀθρόον τὴν ἐναντίαν μεταβολὴν κατασχοῦσαν τοὺς οὐμπαντας, καὶ ἀντεσηκώθη τοῖς χαρμοσύνοις τὰ σκυθρωπά, καὶ ἀντὶ τίμης καὶ φιλοτιμίας, ἦν 20 πρὸς τὸν κρατοῦντα ἐδείκνυν, μίσος ἀσπούδον ἐξηγείρετο, καὶ ἄλλος ἄλλον θερμότερος ἐσπευδεὶς γνέσθαι καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ προκατάρχασθαι δυσμενείας καὶ ἀναιδείας. ταῦτα μεμα-

## 2. συμβαλόντας C.

nisi quod propter solito prius factam processionem consternatio capiebat prudentiores inter spectantes, reputantes, antequam paratum esset theatrum et impletae viac, regem pompam institutam ostendisse; neque omen bonum videbatur intempestivitas: interea regem quidem rursus reversum e maximo templo celsorum apostolorum continebat palatium alte elatum quod contigerat ei tanta salutatio et prosecutio; dominam autem Principis (insula haec reginae non longe abest) nigris indutam vestibus et tonsam capillis.

Postero autem mane cum etiamtum multitudini ignota esset res instans, certamen narrationum de superiore die fiebat, cum alius haec, alius illa mirifica nominaret et alius prius narrare studebat relicum et omnes celebrare vellent maxima; cum autem concideret populo animi motus et pervagaretur fama omnes circum, statim poterat spectari contraria mutatio, quae omnes occupasset, et aquata sunt laetis tristia; et pro honore et certamine, quae imperatori praestabant, odium implacabile excitabatur, et alius alio calidior studebat fieri, et contra eum inimicitiam prius exercere et impudentiam. quae cum animadvertisset rex et vellet deprimere ardente perturbationem Byzantiorum inscriptionem quandam curari iussit his in celebriore loco fori

. Θηκώς δ βασιλεύς, καὶ βουλόμενος καταστεῖλαι τὸ φλεγμαῖνον τοῦ πάθον τῶν Βυζαντίων, ἔγγραφόν τι ποιεῖται τούτοις κατὰ τὸν δημιουρότερον τόπον τοῦ φόρου ἐπαγαγνωσθησόμενον, μεταφέρον τὰς αἰτίας ἐπὶ τὴν πεπονθυῖαν, ὡς αὐτῆς τῆς βουλῆς προκαταρξαμένης ἀνδρικώτερον ὅντος τὸ προβούλευμα 5 κατειργάσατο, σκῆψιν πάντας ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς προμηθουμένος ψευδεπίπλαστον, ἵνα περιτρέψῃ τὰς τῶν πεπονθότων ψυχὰς καὶ δὺν ὑπώπτευες διαδράσσεις κίνδυναν. ἔλαθε δὲ τὸν καπνὸν ὑπεκκλίνων εἰσβαλὼν εἰς τὸ πῦρ. τοῦ γὰρ πιτακίου ἀναπτυχθέντος πλεῖστος ὄχλος ἐπέρρευσεν εἰς τὴν 10

I. 169 v. ἀκρόασιν, καὶ οὐδὲ δειντέροιν φωνὴν τοῦ ἀναγινώσκοντος προεμένον ἥρξατο τὸ πλῆθος δίκην ἀγριαινομένης Θαλάσσης ἔξαιρον σθαί τε καὶ οἶον κυμαῖνεσθαι, καὶ τις πρῶτος τῶν ἄλλων ὑβριστικὴν φωνὴν ἀφίεις καὶ λίθον βολὴν ἐπαφῆκε σὺν τῇ φωνῇ. αὐτίκα οὖν τὸ περικεχυμένον πλῆθος ἐκεῖσε, ὥσπερ ὁφ' 15 ἡγεμόνι τῷδε τῷ δημοτικῷ στρατηγούμενον, τὴν ὁμοίαν γνάμην καὶ γλῶτταν ἔξερρηξε. καὶ κατὰ τοῦ ἐπάρχου μετὰ βοῆς καὶ ἀλαλαγμῶν ἔξορμήσαντες οἱ πάροντες, ὡς εἶχον θυμοῦ καὶ ὀργῆς, καὶ τὰς τῶν ἐμπόρων καταστρέψαντες κραββατίνας ὅπλοις ἀγχεμάχοις τούτοις κατὰ τῶν τῆς βασιλικῆς 20 μοίρας καὶ τῶν ἐπαρχικῶν κατεχόησαντο. καὶ τούτους ἄρδην καταβαλόντες καὶ φυγεῖν ἀσχρῶς ἀναγκάσαντες οὐ διασκεδάσθησαν, οἴλα τὰ τοῦ συμμιγοῦς πλήθους καὶ χηρεύοντα ἀρ-

## 22. καταβάλλοντες C.

recitandam, quae causas conferret in casum; senatu ipso antea incipiente, virilius hic consilium confecit, excusationem omnino malo capitū sui excogitans fictam, ut flecteret eorum, qui aliquid passi erant, animos et quod suspicabatur effugeret periculum. sed inscius cum fumum vitaret incidit in ignem: tabula enim evoluta plurima plebs confluxit ad eam audiendam: et cum nedum alteram quidem vocem legens pronuntiasset, incepit multitudo instar saevientis maris tuncere et quasi fluctuare. atque aliquis primus aliorum superbam quandom vocem emittens etiam lapidis iactum addidit voci; statim igitur circumfusa multitudo ibi tanquam a duce hoc populari directa eadem sententiam et linguam prorupit, et contra praefectum magno cum clamore et acclamationibus bellicis incedentes qui aderant, ita ut erant animi et irae, et mercatorum delentes deversoria armis his cominus adhibendis contra regios et praefectos abusi sunt: atque hos omnino deiicientes et ad fugiendum turpiter cogentes non dissipati sunt, velut mixta multitudo, duce orbata, sed quasi superne ducti nobiliaribus consiliis ad maiora se collegerunt, et accessionem quaque hora ex iis, qui quasi confluabant, capiebant: summa autem pars copailii erat,

χηροῦ, ἀλλ' ὥσπερ ἄνωθεν στρατηγούμενοι γενναιοτέροις βουλεύμασι πρὸς τὸ καρτερώτερον ἀνελάμβανον ἑαυτούς, καὶ προσθήκην ἔκαστης ὥρας ἐκ τῶν συρρεόντων ἀλάμβανον. τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς βουλῆς, μὴ ἐνδοῦναι μηδὲ μαλακισθῆναι τις 5 καὶ ἀναβεβλημένον παθεῖν, ἀλλὰ τὸν ἀχάριστον καὶ ἀγνώμονα περὶ τὴν εὐεργέτιν, καὶ ἀδικίαν κατὰ τῶν φρικωδεστάτων δρκῶν πεποιηκότα, τῆς ἀρχῆς καθελεῖν ὡς ἀλιτήψιον καὶ ταύτης ἀνάξιον. βοὴ δὲ τούτοις οὐκ ἀσημος τὸ ποιητέον ἀπέτρεπε. καὶ οἱ μὲν τὰς φρουρὰς καθελόντες τοὺς φυλακίτας 10 τῶν δεσμῶν ἡλευθέρουν καὶ κοινωνοὺς ἐποιοῦντο τῆς διεγέρσεως καὶ τῆς ἐπιτεραμένης αὐτοῖς ἐνδιαθέτους δόμας ἐκδικήσεως, οἱ δὲ τὰ ἀνάκτορα κατελάμβανον καὶ πόλεμον πολιτικὸν ἀνερρίπιζον. ἄλλοι τὰς οἰκίας τῶν κατὰ γένος προσηκόντων τῷ βασιλεῖ καὶ μεγάλα δυναμένων τῷ κατ' ἐκεῖνο 15 καιροῦ περιστοιχίσαντες ἐξ ἐφόδου κατήρειπον, καὶ τὸν πλοῦτον πολλοῖς ἀδικήμασι καὶ στεναγμοῖς πενήτων ἀποτεθῆσαν ϕισμένον ἔξηντλουν. οὐδὲ ναοὶ καὶ σεμνεῖα παρ' αὐτῶν πολυτελῶς καὶ πλουσίως ἀνεγερθέντα φειδοῦς ἡξίσωντα, ἐλαφυραγωγοῦντο δὲ καὶ αὐτὰ καὶ ὡς ἐναγῆ ἐβεβήλωντό τε καὶ 20 διηρκάζοντο. ἔτεροι κατὰ τὸ τέμενος τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου ἀγίας σοφίας εἰσρεύσαντες τὸν πατριάρχην αὐτὸν τὴν ἱεραρχικὴν αὐτοὴν ἀμπελόμενον κατεβίβασαν, ἐκβιαζόμενοι τὴν κληρονόμον καὶ δέσποιναν μὴ περιιδεῖν τὰ ὄνχατα πάσχουσαν ἀδίκως παρὰ τοῦ ἐπεισάντου καὶ ἀντὶ τῆς μεγίστης εὐεργε-

non cedere neque flecti in ulla re. et detentum postea pati, sed integratum et durum contra eam, quae beneficia ei obtulerat, et qui iniuste contra terribilissima iurauranda fecisset, imperio delicere ut peccantem eoque indignum; clamor autem his non obscurus faciendum advertit, atque alii carcere occupantes captos vinculis liberabant, et participes reddiebant seditionis et animadversionis iis insitis incitamentia impositae: alii regiam occupabant et bellum civile resucitabant, alii domus eorum, qui genere regi propinquai erant et multum valebant illo tempore circumsedentes primo impetu diruebant, et divitias multis iniuriis et suspiriis egenorum conditas exhauebant; neque templis et fanis ab iis pretiose et opulente aedificatis parsim est. spoliabantur autem et ipsa et quasi impura contaminabantur diripiebanturque, alii fanum sapientiae sanctae dei rationis ingressi patriarcham ipsum stolam sacram induentem deduxerunt, urgentes eum, ne praetervideret participem regni et dominam extrema patientem iniuste a peregrino, et pro maximo beneficio superbiam passam intolerabilem. habebant igitur iusti huius socium studii etiam sanctissimum hunc vi-

σίας ὑβριν παθούσαν ἀνήκεστον. ἐσχον οὖν τοῦ δικαιον τουτον συλληγορα ζῆλου και τὸν ἀγιώτατον τοῦτον ἀνδρα. Ἀλέξιος ἦν, ὁ πρὸ τοῦ τὴν μοναχικὴν πολιτείαν ἀκριβωσάμενος. και ἀνάγουσι, γνώμη και τινῶν τῶν ἐντέλει, τὴν ὁμαίμονα τῆς παθούσης δεσποίνης (Θεοδώρα ταύτη τὸ ὄνομα) ἐξ ἑνὸς 5 τῶν Πετρίων, ἐν ᾧ χρόνοις πολλοῖς ἴδιωτικῶς μονονοῦχε ἔβιοτενσε. πείθοντι γάρ αὐτὴν γυναικείας αἰδοῦς και ἀσθενείας ἐπιλαθέσθαι, και τούτοις ἀκολουθῆσαι παρασκευῆς οὕτω και γνώμης ἔχοντι, πάντα ὅφδιος οἴσειν και ταύτης προκεινδυνεύσαι και τῆς αὐταδέλφης αὐτῆς, και φόβου παντὸς ἀπαλλά- 10 ξαι και κινδύνου τοῦ πολεμήτορος. ἐποχηθεῖσα τοίνυν ἐφ' ἐπον πράεισι, δορυφορουμένη λαμπρῶς μυριάνδροις ὅπλοις, και φυλακαῖς ἀκαθαιρέτοις περιειλημμένη και προκατειλημμένη τὰς διεξόδους, δμοίως διά μέσης τῆς πόλεως, παρὰ πάντων εὐφημουμένη, και προτρεπομένη μὴ ἐνδοῦνται πρὸς τὸ 15 ἀγώνισμα και τὴν τοῦ ἀναιρέτου καθαιρέσιν. διασωθεῖσα οὖν πρὸς τὸν περιβόητον και θεῖον ναὸν ἐσπέρας οὔσης βαθείας ἀνεισιν εἰς τὰς τοῦ πατριάρχον διαγωγάς, και τῷ πλήθει τὰς δψεις αὐτῆς εἰς τὸν ναὸν ἐπαφίσηι. και παρ' ἐκείνων ἔτι παρεγγυηθεῖσα θαρρεῖν οὕτω διανυκτερεύει, συγκαλεσαμένη 20-

I. 170 r. πάντας τοὺς ἐν τέλει ταχέως, και παντὸς ψιλώσασα τὸν ἀντικείμενον βασιλέα δυνάμεως, ἀρχάς τε εὐθὺς λαμπρὰς και ἀγορανομικὰς ἀποδεῖξασα, και τὸ κράτος τῆς βασιλείας δεξιῶς περιεζωσμένη.

12. ὅχλοις?

18. post πλήθει deest nescio quid.

rum. (Alexius erat, qui antea monachicam administrationem correxerat). et referunt in memoriam etiam quorundam imperio praeditorum cognatam vexatae dominae (Theodora huic nomen) ex uno Petriorum, in quo multos annos solitaria paene vixerat: persuadent enim ei, ut muliebris pudicitiae et infirmitatis obliviscatur et hos sequatur qui praeparatione ita et consilio instructi sint, ut omnia facile reportatur sint et pro hac eiusque sorore pugnaturi, eamque ab omni metu liberatur sint et periculo belli. vecta igitur equo progradientur stipata splendide innumerabilibus armis et praesidiis invictis oppugnans et occupans exitus pariter per medium urbem, ab omnibus celebrata et admonita, ne cederet in certamine et parricidae nece. perveniens igitur ad clarum et divinum templum cum vesper esset profundus, ascenit in patriarchae cellas et in multitudinem oculos suos in templum defigit, et ab illis magis admonita, ut tranquillo esset animo, ita noctem ibi degit: postquam convocavit omnes, qui cum imperio erant, celeriter et omni nudavit oppositum regem potentia, potestates statim splendidas et aedilitias constituit et potentiam regni apte sibi conciliavit.

Ορθριώτερον δὲ προσβαλόντων τοῖς ἀνακτόροις στρατιωτικῶν ἀνδρῶν καὶ γενναιίων μετὰ δοϊζου πολλοῦ καὶ βοῆς καὶ ἡχῆς σαλπίγγων τε καὶ βυκίνων, ὥσπερ τυφῶνι βληθεὶς ὁ βασιλεὺς τῷ ἔξαισιψῃ τῆς ταραχῆς, τῶν ἀνακτόρων ἐκδύς φυγὰς ὤχετο διαπόντιος εἰς τὴν τοῦ Στουδίου μονήν, καὶ περιεχόμενος τῶν ἀδίτων ἀπαθῆς ἐφιλούεικει συντηρηθῆναι καὶ μὴ δίκας δοῦναι τοῦ ἀνοσιονργήματος. ἀλλ' ἡ δίκη τὴν καταδίκην αὐτῷ οὐκ εἰς μακρὰν ἀνεβάλετο. ἅπαντες γάρ βρύχοντες κατ' αὐτοῦ εἰσῆλασαν εἰς τὸ ίερόν, καὶ βίᾳ τοῦτον 10 ἐκτὸς ἐλκύσαντες ἡμιόνῳ τῶν εὐτελεστέρων καὶ ταπεινῶν φόρτον τοῦτον τιθέασι καταγέλλαστον. καὶ ἄχρι τοῦ Σίγματος φθάσαντος δόγμα κατεφοίτησε τῆς Αὐγούστης, τὴν πήρωσιν τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ καὶ τοῦ πατραδέλφου αὐτοῦ τοῦ νωβελλισμού αὐτίκα ἔγκελευσόμενον· συνην ὡρᾷ καὶ οὗτος αὐτῷ, σύμβουλος 15 ἄμα καὶ συλλήπτερος καὶ τῆς οἰκτρᾶς ταύτης τύχης κοινωνὸς καθιστάμενος. κατενεχθέντες οὖν τῶν ἡμιόνων ἀτίμως, πάντων δρῶντων, τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν ἐκεντήθησαν. καὶ συναποβάλλουσι τὰς ὄψεις τῇ βασιλείᾳ, καὶ μοναχικὴ πυραδίδονται βιοτῇ, διηγῆμα γενόμενοι σκυθρωπὸν τοῖς μετέπειτα, καὶ 20 πρὸς τὸ κρείττον ἐπανόρθωσις τῶν ἀγνωμονεύεν ἐθελόντων πρὸς τοὺς εὐεργετήσαντας. ἐβασίλευσε δὲ ὁ Μιχαὴλ οὗτος μῆνας μόνους πέντε.

Τῆς δὲ δευτέρης ἐκ τῆς ὑπερορίας ἐπανελθούσης καὶ τὴν βασιλείαν αὐθίς ἀναλαβούσης, συνέρχεται ταύτη καὶ ἡ

15. τύχης om. C, supplevit etiam interpres. 18. τῆς βασιλείας C.

Cum autem mane aggredierentur regiam militares homines et fortes multo cum tumultu et clamore et sonitu tubarum buccinarumque, quasi turbine ictus rex immensa turbatione, regia egressus fugitivus se corriput trans mare ad Studii domicilium et amplectens templum incolumis studebat servari neque poenas solvere nefarii facti; sed iustitia poenam ei non diu distulit; omnes enim frementes contra eum invaserunt templum, et vi hunc extra trahentes mulo ex vilioribus et humilius onus hunc imponunt ridiculum atque donec Sigma antea inustum esset, decretum praecepit Augustae ademtionem oculorum eius et avunculi eius nobilissimi statim imperatum; aderat enim et hic ei conscius simul et socius, et huius miserae fortunae particeps existens; delata igitur a mulis turpiter omnibus spectantibus pupillas oculorum expuncti sunt, et simul perdunt lumina cum regno, et monachiae traduntur vitae, fabula facti tristis posteris, et causa fastigii eorum, qui ingrati esse volebant erga bene de se meritos. regnavit autem Michael hic menses solos quinque.

Cum autem domina ex peregrina terra rediret et regnum rur-

Mich. Attal. Hist.

2

δμαίμων ἐκτὸς ναιοῦ, καὶ γίνεται συμφυῖα καὶ ἀλλήλουχία  
ῶσπερ τοῦ αἵματος οὗτο δὴ καὶ τῆς κατὰ τὴν βασιλείαν πει-  
νωνικῆς διαθέσεως, καὶ αὐτοκράτορες ἄμφω Θαυμασίως ἀνα-  
γορεύονται. καὶ χρόνον τινὰ δὲ ἐαντῶν ἰδύνασαι τὴν ἀρχὴν,  
• a. 1042, τῆς ὑπερορίας ἀνακαλοῦνται Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον,<sup>5</sup>  
12. Iun. ἀφιστοκρατικὸν ἄνδρα καὶ θρέμμα τῆς πόλεως, ὑποπτον δὲ ὅντα  
διὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῶν πρώην κρατούντων φυ-  
γαδευόμενον. καὶ παραχωρεῖ πάλιν τῆς συζυγίας ἡ Θεοδώρα  
τῇ αὐταδελφῇ Ζωῇ, καὶ τὸν ἄζυγα βίον αἰρεῖται, ὃν ἐκ παί-  
δων καὶ μέχρι γήρως τῆς ἐσχάτης ἡμέρας ἔξησκησεν.

10

Ἐνεργετικώτερος δὲ τοῦ προβεβαστευκότος ὁ Μονομά-  
χος ἀποδειχθεὶς, καὶ πάντας σχεδὸν βασιλικοὺς ἀξιώμασι καὶ  
διαρήμασι φιλοτίμους ἀποσεμνύνας, ἥγαθυντε τὸ ὑπήκοον· δξ-  
αίρηντος δὲ τέφος ἐκ τῆς ἐσπέρας ἔγείρεται τετριγός καὶ ὀλέ-  
θριον· καὶ πανωλεθρίαν αὐτῷ καὶ τῆς βασιλείας ἀπέλασιν 15  
ἀπειλοῦν, ἀνὴρ αἰμοχαρής καὶ γενναῖος, ὁ προμημονευθεὶς  
Γεωργίος, ὁ Μανιάκης ἐπώνυμον, ἐκ τῆς Ἰταλικῆς ἀρχῆς  
ἐπαναστὰς μετὰ τῶν ἐκεῖσε συνόντων στρατιωτῶν Ρωμαίων  
καὶ Ἀλβανῶν, διὰ παρόδους τοῦ βασιλέως ἀνιαθεὶς καὶ  
προηγησαμένας ἔχθρας μετ' αὐτοῦ ὕδειώς. καὶ τὰ μὲν λοιπὰ 20  
τῶν συναντησάντων στρατεύματα συνετάραξε καὶ κατέβαλε,  
πρὸ δύο δὲ τῆς Θεσσαλονίκης ἡμέρῶν στρατοπεδευσάμενος  
περὶ δεῖλην ὁψίαν προσβάλλει τῷ μεγίστῳ βασιλικῷ στρατο-

## 11. εὐεργετικώτατος C.

sus reciperet, eodem convenit etiam soror extra templum: et oritur  
coniunctio et concretio sicut sanguinis ita etiam consociatae in im-  
perio rationis: et dominae ambae mire declarantur, et per tempus ali-  
quod per se regentes imperium ex exsilio revocant Constantimum Mo-  
nomachum, virum ex optimatum genere et indigenam urbis, suspectum  
autem imperii capessendi et propterea ab iis qui antea regnabant, ex-  
pulsum. atque cedit rursus ex coniunctione Theodora sorori Zoae et  
solitariam vitam eligit, quam a primis annis et usque ad senectutem  
dici supremi exercuit.

Beneficentissime autem prae superiore rege Monomachus se gerens  
et omnes fere regii dignitatibus et donis liberalibus ornans beavit sub-  
iectos. protinus autem nubes ex occidente excitatur stridens et exitiosa  
et miserrimam ei atque regni expulsionem minitans. vir sanguine  
gaudens et nobilis, antea commemoratus Georgius cui Maniakes co-  
gnomen ex Italico regno exorsus, cum iis qui ibi ei aderant militibus  
Romanis et Albanis negligentia regis offensus et priores inimicitias  
eius metuens, et reliquos occurrentium exercitus turbavit et devicit;  
ante Thessalonicanam autem duos dies cum castra posuisset, circa ve-

πέδω· καὶ γὰρ ἦν δεστρατευμένος ὁ παρὰ βασιλέως ἀποσταλεῖς μετὰ τῶν Ρωμαϊκῶν δυνάμεων εἰς ἀντιπαράταξιν. καὶ πολλὰ δράσας τοῖς βασιλικοῖς στρατιώταις, καὶ καταπληξίας τῇ ἀνυποίστῳ τούτου φορῷ καὶ τοῖς οἰκειοχείροις πληγαῖς (καὶ γὰρ οὗτος τοῦ πλήθους προεπολέμει τε καὶ προεκινδύνει, καὶ οὐκ ἦν ὃς τῷ φασγάνῳ τούτου τραυματισθεὶς οὐ τῷ ἥμισει καὶ πλείσιν περιερρήγηντο σώματι· τοιοῦτος ἀκαταγώνιστος καὶ σταθῆρὸς ἐγινώσκετο, μέγας ὑμοῦ καὶ εὐρύνωτος καὶ τὴν ὄψιν φοβερός καθιστάμενος, καν ταῖς βουλαῖς διαφέρων), καὶ κατορθῶσαι τὴν νίκην ἥδη τότε κα-<sup>g. 170 v.</sup> ταλειφθείς, καὶ παρὰ τῶν πλείστων ἔναντίων ἐπευφημούμενος, ἐπὶ τέλει τῶν ἀγώνων τοῦ ἵππου αὐτομάτως κατέρρευσεν, οἷα τὰ τοῦ θεοῦ κρίματα, καὶ ἀθηγῆς ἔκειτο, σκαιωρίαν εἶναι τὸ πρᾶγμα τῶν ἀντιθέτων οἰομένων καὶ σόφισμα. ὡς 15 δὲ παρεγνυμοῦτο τὸ ἀληθές, ἐκδραμόντες πολλοὶ κείμενον αὐτὸν ἐπ' ἐδάφους κατέλαβον, αἵματι διάβροχον καὶ καιρίαν ἔχοντα κατὰ τῆς πλευρᾶς. τῇ πτώσει τοίνυν αὐτοῦ τῶν ἀμφ' αὐτὸν διασκεδασθέντων, καὶ παλιντρόπου γενομένης τῆς νίκης, ἐπανῆλθον οἱ τοῦ βασιλέως χαρᾶ καὶ φόβῳ διηγηματικῶς 20 συνεχόμενοι· τῷ προτερήματι γὰρ μὴ ἐπαιρόμενοι τὸ πάντη θείᾳ δεξιᾷ ἐπεγράφοντο.

Θριαμβεύσας δὲ ὁ τὴν ἡγεμονίαν ἔσχηκὼς τοῦ πολέμου

9. εὐρύνωτος C. 10. ὑποληφθεὶς? 18. διασκεδασθέκτα  
C. correxit Brunetus.

spertinum tempus aggreditur maxima regia castra; etenim erat egresus regius legatus cum Romanorum viribus ad oppositionem et multum facessens regii militibus et terrens intolerabili vi et propriis ictibus, etenim hic pro multitudine pugnabit et pericula sustinebat neque quisquam erat, qui gladio huius vulneratus non medio et plus frangeretur corpore, talis indomitus et immotus habebatur, magnus simul et latorum humororum, et in conspectu terribilis existens, et voluntate differens, et ad reportandam victoriam iam tum relictus, et a plurimis hostibus laudatus: in fine certaminum ex equo ipse per se decidit, qualia sunt dei iudicia, et immotus iacebat, cum dolum esse rem adversarii putarent et artificium, cum autem detegeretur verum, accurrentes multi iacentem eum humi invenerunt sanguine madidum et vulnus letiferum habentem in latere: casu igitur eius cum qui a parte eius stabant dissiparentur, et retriqueretur victoria, redierunt regii gaudio et metu in narratione capti: victoria enim non elati rem universam divinae dextrae attribuebant.

Triumphans autem qui imperium habuerat belli sebastophorus Stephanus per forum primos honores apud regem multo cum splendore

